

propria, æquè ac *Dn. Montanarium* sua Venetiis in Murano Insula Anno 1669. & paulò post aliâ feliciore in officina Bononiensi habita, jussit; siquidem neque nos, neque vitriarii opifices (qui negotii tamen hujus non adeò ignari fuerant, imò rem eandem diu antè jam tentaverant, quod in alia vix quinque mill. inde disita officina lachrymas has feliciter & in magna copia fieri probè novissent & ipsimet testarentur) varia circumspectione licet negotium hoc aggressi, voti nostri compotes fieri poteramus.

Phæn. III.

IV. Tenuiora tamen filamenta viscidiliquoris aquis immissa & pondere proprio in curvaturas varias instar vermiculorum sinuata (vid. Num. 2.) integritatem suam non sub aquis tantùm, sed protracta etiam in aère aperto, servabant,




Fig. 21.

eundem